FLORA.

№ 9.

Regensburg. Ausgegeben den 28. März. **1866.**
Mit Halbbogen 5 des Repertoriums für 1865.

Inhalt. W. Nylander: Lichenes, quos Kurz legit in ins. Java. — Literatur. — Personalnachrichten.

Lichenes, quos Kurz legit in insula Java.
Exposuit W. Nylander.

Cl. von Krempelhuber examini meo collectionem subjecit Lichenum factam in Java a Domino Kurz, Curatore horti botanici in Calcutta. Offert haec collectio res nonnullas bonas atque simul indicationes pro quovis specimine altitudinis, ubi lectum fuit, quod nimis neglexerunt in suis Lichenibus Javanicis Montagne et v. d. Bosch (Plant. Jungh. vol. I). Varia etiam addenda eidem Florae continent Lichenes Kurziani. Eos hic paucis exponere liceat.

1. *Baeomyces fungoides* Ach. — Pangerango, altit. 6800 ped., ad saxa.

2. *Cladonia pyxidata* f. *staphylea* (Ach.). — Ibidem, altit. 9200 ped.

3. *Cl. pityrea* f. *carneo-pallescens* Nyl. Est *pityrea* Ach. simplex, podetiis simplicibus gracilescentibus (crassit. 0,5—0,9 millim.), cortice subgranulato-dissoluto (vel integriore), apice ascyphis, saepe simpliciter furcato-divisis; apotheciis carneo-pallidis convexis capitatis (latit. 0,8—1,5 millim.). — Ad truncos muscosos vetustos. Pangerango, altit. 4300 ped.

4. *Cl. degenerans* f. *trachyna* (Ach.). — Altit. 900—3000 ped. nascens supra terram. — *F. lepidota* (Ach.), altit. 4500 ped.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0131-4

5. *Cl. squamosa* Hffm. (huc pertinet *adspersa* Mnt.). — Pangerango.

6. *Cl. macilenta* Hffm. — Ibidem, altit. 4300 ped.

7. *Stereocaulon nesaeum* Nyl. — Ibidem, ad saxa trachytica, altit. 4000—9200 ped.

8. *St. turgescens* Nyl. — Ibid., ad lapides trachyticos, altit. 4300 ped.

9. *Usnea articulata* Ach. (*Vrieseana* Mnt. et v. d. B.). — Altit. 6000 ped., et adhuc ad Gnaphalia montis Manellawangi, altit. 9200 ped.

10. *U. ceratina* Ach. — Pangerango, altit. 3500—5000 ped.

11. *U. longissima* Ach. — Ibidem, altit. 4000 ped. (sic dicta „rubiginosa" Mnt. eadem est chemice deperdita).

12. *Ramalina calicaris (canaliculata)* Fr. — Pangerango, altit. 3500 ped., ad arbores in coffeetis.

13. *R. pusilla* Le Prév. — Ibidem.

14. *R. pumila* Mnt., statu sterili, thallo nonnihil luxuriante basi fusco-spadiceo vel spadiceo-rubicante. — Pangerango.

15. *Platysma subperlatum* Nyl. Sterile [1]) subsimile *Platysmati glauco*, sed magis macrophyllum, thallo lobis latioribus, subtus nigricante (ambitu spadiceo) laeviore, spermogoniis spermatiis utroque apice clavato-incrassatulis (longit. fere 0,007 mm., crassit. 0,001 millim.). Affine *Pl. rhytidocarpo*, at thallo perlato-albido. — Toegoe ad arbores, altit. 3000 ped. supra mare; Mandelamangi, ad Gnaphalia, altit. 9200 ped.

16. *Pl. citrinum* Tayl. — Pangerango, altit. 6500 ped., ad ramos arborum.

17. *Stictina Mougeotiana* var. *aurigera* (Del.). — In cacumine Manellawangi, altit. 9200 ped., ad Gnaphalia.

18. *Sticta dissimulata* Nyl. — Ad ramos vel truncos arborum, altit. 4000—7000 ped. — Var. *multifida* (Laur.) Nyl. Syn. 1. p. 363, ad truncos arborum, alt. 3500 ped. Huc pertinet „Sticta cinereo-glauca" Hmp. hb., sed idem nomen simul a cl. Hampe datum vidi *Stictinae fragillimae* var. *dissimili* Nyl. l. c.,

---

1) *Platysma subperlatum* fertile in Java lecta a Korthals (ex hb. Lév.) apotheciis badio-fuscescentibus perforatis maximis (latit. usque 35 millim. vidi), receptaculo rugoso; sporae 8nae majuscula (ut in *Parmelia latissima* Fée), longit. 0,023—27 millim., crassit. 0,011—0,020 millim. (pariete crassitiei 0,0025 millim.). Spermogoniis haud visis (sunt nigra globoso-papillaria marginalia) male in mea Syn. 1, p. 380, hunc lichenem javanicum subsumpsi sub *Parmelia latissima*; ibi locus „Java" delendus sit, nam eam inde lectam nescio.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0132-0

p. 336. *Sticta prolificans* Nyl. N. Caled. p. 42 affinis differt praecipue apotheciis minoribus margine crenulato-denticulato, et forsan nonnisi varietatem sistat *dissimulatae*.

19. *Physcia leucomela* Mich. — Altit. 3500 ped., ad truncos arborum.

20. *Ph. obsessa* (Mnt.) Nyl., transiens in *stellarem*. — Altit. 3000 ped., ad cortices.

21. *Ph. picta* (Sw.). — Altit. 900—3000 ped., ad cortices.

22. *Pyxine Meissnerii* Tuck. [1]). — In regione Bogor, altit. 2000 ped., ad cort. frequens.

23. *Pannaria pannosa* (Sw.). — Altit. 900—2000 ped., ad cortices.

24. *Coccocarpia molybdea* (Pers.). — Pangerango, altit. 4500 ped., ad cort.

25. *C. aurantiaca* (Hook. et Tayl.). sterilis, thallo isidio microphyllino stipato dense pro parte obtecto. — Bogor, altit. 860 ped.

26. *Dichonema irpicinum* Mnt. — Pangerango, altit. 7000—7500 ped., inter muscos ad truncos arborum.

27. *Lecanora sophodes* * *ocellata* (Ach. sub *Urceolaria*) Nyl. Scandin. p. 150. Vix nisi varietas *sophodis*. Sporae fuscae ellipsoideae biloculares, longit. 0,016—24, crassit. 0,008—0,011 mm. — Ad lapides trachyticos prope Buitenzorg, altit. 860 ped., statu non optimo.

28. *L. dissoluta* Nyl. Thallus albus vel albidus leprosus aut tenuis; apothecia fusca vel fusco-nigricantia mediocria (latit. circiter 1,5 millim.) plana, margine thallino flexuoso (subcrenato) cincta, intus incoloria; sporae 8nae incolores fusiformi-ellipsoideae, longit. 0,014—18 millim., crassit. 0,006—7 millim., epithecium lutescens, paraphyses gracilescentes, hypothecium incolor. Gelatina hymenea iodo coerulescens. — Ad corticem arborum prope Toegoe, altit. 3000 ped. [2]).

29. *L. subfusca* f. *argentata* Ach. (parum recedens). — Bogor, altit. 860 ped., ad cort. — Var. *distans* (Pers.), altit. 2000 ped., ad cort.

30. *L. punicea* Ach. — Altit. 1000—3000 ped., ad cort.

---

1) Thallus intus flavus. Apothecia lecideina nigra, margine extus pallescentia.

2) Forte varietas *Lecanorae granulatae* Nyl. Madagascarensis, thallo leprose dissoluto, nulla enim alia differentia essentialis adesse videtur.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0133-6

31. *Pertusaria velata* (Turn.). — Altit. 2000 ped., ad cort.

32. *Thelotrema (Gyrostomum) scyphuliferum* (Ach.). — Altit. 2000 ped., ad cort.

33. *Lecidea subfuscata* Nyl. Lich. exot. p. 243. Forma sporis ellipsoideo-oblongis, longit. 0,018—25 millim., crassit. 0,006—7 millim.; paraphyses non bene discretae; gelatina hymenea iodo vinose rubens. — Altit. 2000 ped., ad cort.

34. *L. comparanda* Nyl. Subsimilis *Lecideae sororiellae* Nyl. Nov. Granat. p. 43, f. 23 (ed. 2, p. 57), sed thallo tenuiore nec granuloso, apotheciis planiusculis. Thallus cinereo-virescens tenuis opacus effusus; apothecia lurido-fusca immarginata (latit. 0,5 millim.), juvenilia parva carneo-lurida; sporae 6—8nae incolores oblongae 3—5-septatae, longit. 0,015—18 millim., crassit. 0,0055—0,0065 millim., paraphyses non discretae, epithecium incolor, hypothecium medio luteo-fuscescens. Gelatina hymenea iodo coerulescens. — Bogor, altit. 860 ped., ad cort.

35. *Lecidea prasino-rubella* Nyl. Thallus sat laete virens leprosus tenuis; apothecia carneo-rubella planiuscula vel convexiuscula (latit. 0,5 millim.), margine tenui obsoleto-pallidiore (vel pallide-carneo-lutescente), intus pallida; sporae 8nae incolores fusiformes 3—5-septatae, longit. 0,016—23 millim., crassit. 0,0045—0,0055 millim., paraphyses graciles irregulares. Gelatina hymenea iodo non tincta, thecae coerulescentes (dein sordide obscuratae). — Supra terram argillaceam in bambusetis prope Bogor, altit. 830 pedum [1]).

36. *L. triseptata* (Hepp). — Altit. 860 ped., supra terram argillaceam.

37. *L. marginiflexa* var. *atrorubicans* Nyl. Similis fere typo, sed apotheciis (latit. 0,9—1,6 millim.) nudis, epithecio atrorubente, margine concolore vel saepius obscuriore; thecae 1-sporae, sporae incolores oblongae 1-septatae, longit. 0,090—0,115 millim., crassit. 0,023—32 millim. Gelatina hymenea intense coerulescens. — Ad corticem arborum circa Toegoe, altit. 3000 ped. [2]).

38. *L. disciformis* (Fr.) Nyl. — Bogor, altit. 2000 ped., ad cort. [3]).

---

1) *Lecidea prasino-rubella* ad stirpem accedit *L. sphaeroidis*, sed a typis europaeis distat, praesertim thalamio.

2) Similis omnino occurrit in Nova Caledonia (coll. Vieill. 1831 bis). — Var. *Nilgherrensis* Nyl. apothecia habet nigriora.

3) Frustra cl. Fuckerman (infaustum sequens exemplum) nomen hocce supprimere vult (in Observat. 1865, p. 238), licet typis editum fuit in 100 et ultra

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0134-2

39. *Graphis streblocarpa* (Bél., Mnt. et v. d. B. Jav. p. 43, sed corrigenda descriptio thalli, qui dicitur „lutescenti-fulvus", nam est typice albidus). Sporae 2—4-nae incolores fusiformi-oblongae murali-divisae, longit. 0,065—0,100 millim., crassit. 0,020—30 millim., iodo coerulescentes. — Bogor, altit. 2000 ped., ad cort. frequens.

40. *Gr. elegans* Ach. — Altit. 860 ped., ad cort.

41. *Gr. diversa* f. *cohibens* Nyl. Differens a typica praesertim epithecio angustato parum vel rarius explanato. — Ad cortices prope Buitenzorg, altit. 1500 ped. *Lecanactis planiuscula* Mnt. et v. d. B. alia est forma hujus speciei polymorphae.

42. *Gr. Montagnei* v. d. B. — Bogor, altit. 2000 ped., ad cort.

43. *Gr. chlorocarpoides* Nyl. Similis *Graphidi chlorocarpae* Fée, Nyl. Nov. Gran. 2, p. 83, sed thecae 2 (—3)-sporae; sporae demum fuscescentes, longit. 0,055—0,110 millim., crassit. 0,020—35 millim. Gelatina hymenea passim iodo dilute vinose rubescens (sporae incolores iodo non tinctae, at fuscescentes coerulee tinctae). Perithecium totum (vel infra tenuius) ochraceo-luteum, epithecium leviter sordidum. Est quasi inter *chlorocarpam* Fée et *chrysenteram* Mnt. intercedens. — Bogor, altit 860 ped., ad cort.

44. *Gr. hologlauca* Nyl. Subsimilis *Graphidi obtectae* et differens praesertim thallo crasso gelatinaque hymenea iodo non tincta. Thallus opacus glauco-virescens vel glauco-albicans crassitie usque 1 millim. Apothecia tota incoloria. Thecae monc-

---

exemplaribus in Stirp. Voges. n. 745 jam anno 1823. Dicit Dominus Tuckerman, se sub hoc numero inter 3 specimina data unum vidisse pertinens ad *parasemam;* sed hoc nihil probat nisi errorem facilem anno 1823; nec amplius probat, Acharium sub nomine *parasema* subsumpsisse *disciformem*. Anne credit Dom. Tuckerman, auctorem Lichenographiae reformatae eas rite semperque distinxisse? Certum vero est, *Lecideam disciformem* Fr. primitivam et optime evolutam sistere speciem, cui nomen hoc retinere debui; si modo tamquam synonymon citatur a Mougeot, hocce nihil mutat, „littera scripta manet." Aeque certum est, *Lecideam parasemam* Ach. pro maxima parte, ex ipsius herbario, sistere in Suecia vulgatissimam meam *parasemam*, atque insuper Acharium ad eandem referre *rugulosam*, quae statum optime evolutum *parasemae* respicit. Acharius parum novit de terris alienis vel exoticis, nec *enteroleucam* dicit nisi eam, quae apothecia habet „intus alba" et eadem „planiuscula" indicat omnino ut in *parasema*, cui ceteroquin *elaeochromam* adjungit. Satis sit has res memoravisse, ut sententiae levi et argumentis inanibus nimiam fidem concedere evitetur. Character ex apotheciis planiusculis vel convexiusculis nihil constans vel certum indicat. Nomina prima distinguentia conservanda sunt.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0135-8

sporae; sporae incolores murali-divisae, longit. 0,110—0,135 millim., crassit. 0,025—35 millim., iodo coerulescentes. — Toegoe, altit. 3000 ped., ad cort.

45. *Opegrapha dichaenella* Nyl. Thallus proprius nullus; apothecia nigra minuta oblonga (longit. 0,2—0,3 millim.), marginata, medio (epithecio) et intus (praesertim humida) incoloria (albicantia); sporae (in thecis arthonioideis) 8nae fuscescentes ovoideae, 1-septatae, longit. 0,016—18 millim., crassit. 0,007—9 millim., paraphyses non distinctae, hypothecium incolor. Gelatina hymenea iodo non tincta. Stirpis *O. lentiginosae* videtur esse species. — Bogor, altit. 860 ped., supra *Graphidem dentriticam*, ad cort.

46. *Melaspilea myriostigma* Nyl. Thallus albo-glaucescens vel albidus opacus tenuis (crassit. 0,2 millim.) determinatus rimulosus; apothecia nigra innata rotundata minuta (latit. 0,15—0,21 millim.), sat conferta, planiuscula, ruguloso-inaequalia, opaca; sporae 8nae incolores demum fuscescentes ovoideae 1-septatae, longit. 0,014—16 millim., crassit. 0,005—7 millim., thecae confertae, paraphyses parcae vel non conspicuae, epithecium incolor, hypothecium (totum perithecium vel conceptaculum immersum) tenuiter infuscatum. Gelatina hymenea iodo obsolete levissime coerulescens. Fere *Opegrapha*. — Ad corticem arborum vallis Tjiliwong prope Buitenzorg, altit. 800 ped.

47. *Glyphis labyrintica* Ach. — Bogor, altit. 2000 ped., ad corticem.

48. *Gl. heteroclita* Mnt. — Ibidem.

49. *Chiodecton sphaerale* Ach., Nyl. Nov. Gran. p. 110. Hoc perperam a Montagne et v. d. Bosch dicitur *Ch. farinaceum* Fée, quod sporas habet majores (long. 0,030—36, crass. 0,005-7 millim.) et apothecia magis dilatata. — Altit. 2000 ped., ad cort.

50. *Verrucaria mamillana* Ach. (*V. marginata Hook.*). Sporae sicut in *V. nitida*, longit. 0,018—25 millim., crassit. 0,009—0,011 millim. — Altit. 2000 ped., ad cort.

51. *V. nitida* Schrad., sporis longit. 0,018—23 millim., crassit. vulgo 0,007—8 millim. — Ibidem. — Forma sporis longit. 0,016—20, crassit. 0,007—9 millim., et gelatina hymenea iodo dilute coerulescente, socia *V. pupulae*, ad Bogor, altit. 1000 ped.

52. *V. interducta* Nyl. Similis *V. subductae*, sed sporis minoribus, longit. 0,034—46 millim., crassit. 0,014—20 millim. Gelatina hymenea iodo obsoletissime vinose tincta, Facile pro *V. nitida* extus simili sumitur, sed sporae multo majores. Forte varietas *subductae*. — Bogor, altit. 1000 ped., ad cort.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0136-4

53. *V. subtrahens* Nyl. Similis *V. nitidae* minori, sed perithecium (obductum) dimidiate nigrum. Sporae ut in *nitida*, longit. 0,018—23 millim., crassit. 0,008—0,011 millim. — Bogor, altit. 2000 ped., ad cort.

54. *V. pupula* (Ach. Syn. p. 123). Sporae incolores ellipsoideae 4-loculares, longit. 0,030 millim., crassit. 0,011 millim. — Bogor, altit. 1000 ped., ad cort.

55. *V. tropica* Ach. — Altit. 2000 ped., ad cort.

56. *Trypethelium Sprengelii* Ach. — Bogor, altit. 860 ped., ad cort. [1]).

Literatur.

Die botanische Systematik in ihrem Verhältniss zur Morphologie. Kritische Vergleichung der wichtigsten älteren Pflanzensysteme nebst Vorschlägen zu einem natürlichen Pflanzensystem nach morphologischen Grundsätzen, den Fachgelehrten zur Beurtheilung vorgelegt von Ernst Krause. Weimar 1866. Verlag von B. F. Voigt. 8. VIII. und 235 Seiten.

Vorliegendes Buch, dessen Verfasser sich in der Vorrede als Laien auf dem Gebiete der speciellen Pflanzenkunde bezeichnet, obwohl er im Haupttheile eine recht respectable Pflanzen- und Literaturkenntniss verräth, zerfällt in 3 Theile. Der erste enthält eine Uebersicht der leitenden Grundsätze in den bisher

---

1) Venia detur hic definiendi Stictinae speciem novam, quam invepi inter Lichenes a cl. von Krempelhuber nuperrime examini submissos. Dicatur *Stictina compar*. Thallus flavescens vel pallido-flavescens mediocris, parum rigescens, sat tenuiter membranaceus, opacus (superficie leviter coriaceus vel passim sublaevigatus), distincte aut obsoletiis scrobiculosus vel rugosus, lobatus, lobis varie grosseque crenato-incisis, ambitu hinc inde vage plumbeo, subtus ochraceo-flavens rugosus, tenuiter rhizinosus (rhizinis incolori-albis); apothecia fusca vel spadiceo-rufescentia sparsa mediocria, margine thallino integro-cincta (receptaculo leviter coriaceo-ruguloso); sporae 8nae incolores aciculares (septis saepius indistinctis) longit. 0,060—90 millim., crassit. 0,004—5 millim. Ad arbores in Chili (Dr. H. Krause, ex hb. Kphb.). Jam ante lecta in Cordillera de Ranco a beato Lechler. Affinis videtur *Stictinae coerulescenti* (etiam thallus infra maculas coeruleas, licet modo sparsas offert), sed forma thalli alia (vel fere ut in *Sticta Urvillei* var. *orygmaeoidi*) et superficie coriacea.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0137-0

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1866

Band/Volume: 49

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Lichenes, quos Kurz legit in Insula Java 129-135